

cedentes per Galileam, Samaritanam, Palestinam fidem Christi Constantissime sparserunt, quique in Virginis Mariae honorem in montis Carmeli declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialissime servierunt. De cujus antiquitate magno pondere Auctorum multa scribit M. Lezana tom. 1. Annal. cap. 6. Eusebius Caesariensis floruit circa annum 350. lib. 2. Historiarum, 3. ait: Apud Antiochiam florentissima congregatur Ecclesia, in qua erant plurimi viri Prophetici Ordinis, Luitprandus, seu Ferrandus, nobilis, & perantiquus Auctor claruit circa annum 960. in fragmentis 267. facit mentionem de Discipulis sanctorum Eliae Elisaei, ac eorum successoribus. Antiquissimum Chronicon Romanum apud Paleonydorom lib. 1. cap. 6. Luitprandus de quo infra.

Lezana. Eusebius.

Luitprand.

33. Deinde pro hac nostra sententia stant quatuor sanctissimi viri ab Ecclesia canonizati, sanctus Bertoldus, sanctus Brochardus, sanctus Cyrillus Constantinopolitanus, sanctus Petrus Thomas, quos retuli quast. 1. num. 9. & tot sanctorum virtutum auctoritate satis firma, & corroborata est hac sententia, & aliorum, quos retuli citata quast. 1. num. 13. 14. 15. & 16.

Joan. 44.

Tandem Joannes Hierosolymitanus qui floruit anno 412. In toto libro de Institut. Monachorum, maxime nostrum assumptum, ac intentum approbat, cap. 10. agit: De primis successoribus, ac imitatoribus Eliae, quos in monastica vita, & eremitica, quam primus hominum inchoaverat, successores post se in perpetuum relinquere disposuit, & habitavit in Monte Carmelo ad vitam solitariam religiosam duendam apertissime. De isto Joanne Hierosolymitano ejusque fidei sinceritate, morum probitate, eximiaque sapientia, ac ipsius libri veritate, magno, & amplissimo gravissimorum. Auctorum Antiquorum numero agunt, comprobantque Tritemius de laudibus Carmelitarum, Aegydius Carmatus Generalis Ministorum lib. de gestis Eliae, c. 10. sect. 2. Canisius de B. Virg. ex sacra Societate, Valentia 2. 2. dist. 10. quast. 4. punct. 1. Possevinus in apparatu sacro, Salian, tom. 4. Annal. ad annum Mundi 3123. Alphonfus Flores in cap. 24. Ecclesiast. part. 3. num. 1676. ex nostris Vvaldenfis de Sacram. tit. 9. cap. 89. Petrus Vvaltal. tribus libris vindictarum, Lezana tom. 1. in apparatu, cap. 9. Daniel a Virg. Maria Vinca Carmeli, num. 1180. & 1197. M. Franciscus Bonae Spei de Concept. disput. 3. praesupposito quinto a n. 137. & late.

Tritemius. Carmatus. Canisius. Valentia. Possevin. Salian. Flores. Vvalden. Vvaltali. Lezana. Daniel. Francisc.

35. Esto ex abundantia concedamus aliquid contra probitatem, ac integritatem fidei Joannis, nihil facit contra nos, nam quae Joannes dicit de origine Carmelitarum, cum habeantur in Bullis Apostolicis Summorum Pontificum, maxime ut vera reputanda sunt, sicut quamvis liber scriptus ab Henoch, sit apocryphus, multis haereticorum erroribus plenus, tamen ea, quae Apostolus Judas narrat de eo in sua Canonica num. 14. maxime ut vera venerantur, & tenenda sunt, ut notant cum D. Hieronymo. Benedictus Justinianus, Estius, Cornelius, & alii.

Judas Apost. D. Hieron. Justian. Estius. Cornelius.

36. Videat ergo Lector, quo fundamento dicitur potest, quod nostra traditio nunquam tradita in nullo sanctorum est inventa, imo nec gravissi-

movum doctorum. Cum pro se habeat tot Romanos Pontifices, tot sanctos Canonizatos, & in magno numero tot gravissimos Doctores & antiquissimos, nam ut recte argumentatur Theophilus Raynaudus citatus, historiam a Patribus, & sanctis viris traditas Ecclesiae maxime venerandas esse & ideo ut certam habemus vitam S. Pauli Thebæi, & S. Hieronymi scriptam a S. Hieronymo Item & vitam S. Antonii a solo sancto Athanasio descriptam; quomodo quis negare audebit, quae nostra sunt, cum tradita habentur a tantis Summis Pontificibus, tantis sanctis Canonizatis, a tot & tantis, gravissimisque Auctoribus, ac antiquissimis, ac revelationibus approbatis a sancta Ecclesia Catholica, & plus eis credendum, quam tali adversario.

Teophy.

S. Hieron.

S. Athan.

Antiqui Carmelita multum profecerunt sub doctrina Apostolorum.

Ait supracitatus Auctor n. 10. Nam Carmelitana Religio, etiamsi verum fuerit, quod ab Apostolis fuerit propagata, & Christi disciplina & consuetudine imbuta, tamen cum Christi fidem accepit, & Apostolis adhaesit, & gratiam Spiritus sancti obtinuit, labi cepit, & a fervore illo, quem in Synagoga conservabat, paulatim defecit.

37. Idem Auctor.

Valde mirum est dictum, nam si illi, qui erant in Synagoga & fidem Christi acceperunt, Spiritus sancti gratiam sunt assequuti, & Apostolis adhaeserunt, in magno virtutum progressu profecerunt, ut planum est, & omnes fatentur; unde ergo colligitur, quod Carmelitana Religio, quae tunc Apostolis adhaerens, ab eisque Christi disciplina, ac doctrina imbuta; obtemperans gratia Spiritus sancti labi cepit, ac defecere a suo fervore quem in Synagoga retinebat. Imo potius ipsum fervorem gratia Spiritus sancti; in melius, ac excellentius transmutavit, maxime, cum ipsi essent adherentes Apostolis sequendo, ac imitando eorum vivendi modum, ac Religionem cum tribus votis, ut citatus Auctor n. 11. fatetur de Essenis Theoricis fundatis tempore Apostolorum, ut testatur Saar, tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 1. num. 3. Suarius lib. Tribuaces c. 19. quast. 2. Si vota istis conceduntur cur neganda; sint Carmelitis contemporaneis Apostolorum, qui maxime assueti erant eorum sermonibus, ac colloquiis beatissimae Virginis, ut statim dicam; ergo saltem ab Apostolis, quibus adhaerebant, ac imitabantur Carmelita antiqui habuerunt vota.

38.

39. Sacr. Coog.

Quantum vero Carmelita profecerint ex doctrina Apostolorum, pater ex Decreto sacrae Congregationis, bis approbato, semel a Paulo V. & iterum ab Urbano VIII. Jam in hac quaestione citata, & dicitur: Viri plurimi, qui vestigiis sanctorum Prophetarum Eliae & Elisae insisterant, & Joannis Baptistae praenotio ad fidem Christi comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata, Evangelicam fidem confestim amplexati sunt; ac peculiari quodam affectu, Beatissimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuerunt) adeo venerari coeperunt, ut primi omnium, in eo Carmeli Montis loco, ubi Elias olim, ascendentem nubeculam, Virginis typo insignem conspexerat

xerat, eidem purissima Virgini sacellum construxerant. Ecce quantum profecerunt antiqui Carmelita in Ecclesia Christi, ut primi omnium, adificarent, ac consecrarent sacellum purissimae Virgini, ut testatur sacra Congregatio. Ipsos Carmelitas appellat Joseph Antiochenus jam citatus, perfectos Christi milites, coadjutores Apostolorum, ac viros strenuissimos. Similiter antiquissimum Chronicon Romanum, & Eusebius Caesariensis jam allegatus; & ex istis viris Ordinis Prophetici, qui erant in monte Carmelo, assumpsit, B. Jacobus Apostolus, sanctum Elpidium, quem constituit primum Episcopum Toletanum, ut testatur Luitprandus, quod accepit ex certissimis exemplaribus fide dignissimis, Thomas Tamar, de Vargas, Regis Castellae Historiographus, in sua Bibliotheca, n. 101. & ait: Sanctus Elpidius, quem sanctus Jacobus Apostolus praefecit Toletanus primum Pontificem, Carmelita monachus fuit, & in prima Petri concione conversus ad fidem; & subdit num. 171. Magna pars eorum, qui dispersi in persecutione sancti Stephani, ad varias partes trajecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erant ex Monachis Montis Carmeli, praedicationibus Christi, ac Apostolorum, ad fidem conversi, & post martyres effecti. De multis Prophetici Ordinis, qui fuerunt ascetæ, ac discipuli D. Petri, ac aliorum Apostolorum, & in praedicatione Evangelica eorum coadjutores tractant etiam Joannes Hierosolimitanus lib. de instruct. Monachorum, cap. 31. Grossus Generalis in suo viridario clavi, 1. insignis Vvaldenfis tom. 1. Doctrina fidei, lib. 4. art. 2. cap. 27.

Joseph. Antioch.

Chronic. Rom. Eusebius.

Luitprandus.

Joan. Jerol. Grossus. Vvalden.

gnorum sanctorum, ac illustrissimorum virtutum, tantoque pondere gravissimorum Auctorum, ut in prima quaestione hujus Resolutionis monstravi, dicunt, omnia illa esse intelligenda de quadam hereditaria successione, quae aut erit solitudinis, aut Carmeli, aut aliarum asperitatum vitam solitariam, & contemplationi deditam, comitantium, & si velis etiam paupertatem castitatem, & obedientiam eorum successorem sine voto tamen in eo monte servatam dici non contendam, quia cum Religio absque votis non consistat, tunc non dabitur Religio, ac proinde illa successio non est secundum statum Religiosum, sed secundum aliquas observantias, & vitam contemplativam. Hæc cogitaverunt, sed in vanum laboraverunt.

Primo contra; in illis Patribus antiquis Elia, & Elisæo, ac filiis Prophetarum fuerunt illa tria vota obedientiae, ac paupertatis, & castitatis, qualia dari potuerunt in illa antiqua lege imperfecta, ut ostenditur infra Resolutione 3. ac proinde totum adversariorum fundamentum corruit. Ac proinde Carmelita habent ab eis successorem prout fuerunt cum talibus votis.

Secundo ex verbis sanctissimae Virginis Mariae, quae semper in omni adversariorum causa pro suis Carmelitis stant, eosque tueri ac defendit. Nam cum ostendit D. Petrus Thomas anno 1351. in nocte Pentecostes maxime exoraret pro firmitate, ac stabilitate sui Ordinis; ipsa sacratissima Virgo apparetis dixit ei: Confidite Petre, Religio enim Carmelitarum in finem usque saeculi, est perseveratura, Elias namque ejus institutor, jam olim etiam a filio meo id impetravit. Hæc revelatio est maxime authentica tripliciter examinata, & approbata in judicio contradictorio a sacra Congregatione Eminentiſſ. Dominorum Cardinalium, & habetur in nostro Breviario die 29. Januarii in lectione 5. approbato a multis Romanis Pontificibus, ut supra dixi quast. 1. n. 6. Tunc sic arguo; sanctissima Virgo loquitur de Religione Carmelitana, prout est duratura usque in finem saeculi, sed ut sic dicitur Elias ejus institutor, ergo Elias est ejus institutor cum substantia Religionis usque in finem saeculi, Major, & minor patent ex ipsa revelatione. Consequentia probatur, quia Religio ut tunc erat tempore revelationis, & juxta ipsam revelationem erit usque in finem saeculi & cum substantia Religionis, ac cum tribus votis; sed ut sic Elias dicitur ejus institutor; nam illa particula ejus ad Religionem refertur; ergo Elias cum tali statu est illius institutor cum substantia Religionis, quae consistit in tribus votis, alias non potest dici illius institutor, sed cujusdam vitae solitariae, ac eremiticae quod est quid valde diversum. Et confirmatur, quia sanctus Petrus orabat pro stabilitate, ac firmitate suae Religionis prout erat in praesenti cum tribus votis, sed ut sic dicitur a Beatissima Deipara illius institutor Elias.

41.

42. Sacr. Congr. Breviarium.

QUESTIO VI.

Satisfit quibusdam Modernis, qui dicunt Carmelitas descendere ab Elia, non tamen secundum statum religiosum.

SUMMARIUM.

- 40 Obsectio adversariorum.
41 Elias, & Elisae fecerunt vota.
42 Revelatio sancto Petro Thoma.
43 Verba B. Virginis, cum sine beneficium summi Principis in proprio sensu interpretanda.
44 Locutio impropria per respectum ad sensum Genuinum, & litteralem imponat fictionem.
Christus Dominus nunquam dixit verbum improprium, ibid.
45 Pontifices approbanes Religionem Carmelitana in esse Religionis dicunt habere successionem ab Elia.

40. CUM nostri Aemuli, adversarii se videant oppressi, ac convicti, tanta auctoritate ac testimonio Summorum Pontificum, tanta approbatione sacrae Congregationis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, tantis authenticis, & examinatis, ac approbatis revelationibus, tam perenni traditione ma-

43.

44.

sons, & mater, aliquid improprium dicat, & loquatur. Deinde hæc promissio de stabilitate Ordinis, fuit donum, ac beneficium summi Principis, ac Reginae Cælorum; beneficium autem summi Pontificis, in omni genuino, ac proprio sensu, ad gratiam, & favorem est interpretandum, ac explicandum, ut farentur omnes Juristæ ex cap. Cum olim de verborum significatione; & ex leg. Beneficium de Constit. Principum, pro quo multos Doctores in magno numero citat Sanchez lib. 8. de Matr. disp. à num. 4. Suar. 8. de legibus cap. 27. num. 3. Salas disp. 17. sect. 6. n. 43. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 23. quest. 2. Ergo cum hæc revelatio extiterit magnum, ac peculiare beneficium summi Principis, ac Reginae Cælorum cum omni proprietate est explicandum.

Sanchez. Suar. Salas. Azor.

44. Mendoc. Menoch. Gama. Cencdo. Barbofa.

Confirmatur. Quia locutio impropria; per respectum, ad verum, & genuinum sensum, importat fictionem, & falsitatem, ut ex multis probant juristæ, Mendocius de privilegio ad instar. quest. 2. num. 15. Menoch. de arbit. casu 314. num. 13. Gama Lusitan. decis. 123. num. 2. Cencdo decis. 33. num. 2. & multi alii, quos citat Barbofa in dictionibus, diction. 252. num. 2. ac proinde talis locutio simpliciter, & absolute non est vera, & pater in presenti, si per respectum ad Religionem duraturam usque ad finem sæculi, & hoc est cum substantia, & statu Religionis, ut Deo confidimus Elias dicitur ejus institutor, cum revera non fuerit secundum statum Religiosum, sed tantum quoad aliquas penitentiis, jam simpliciter & absolute non est verum dicere, quod est ejus institutor; ergo cum talis dicatur à sanctissima Virgine, verè est ejus institutor secundum statum duraturum. Deinde, quia verba sunt intelligenda, & interpretanda in proprio, & genuino sensu, maxime cum sint prolata à persona gravi, ac magnæ dignitatis, Principis vel Regis, ut patet ex l. Non aliter, ff. de legatis, ex l. cum lege, ff. de Testam. l. 2. §. Quod autem, ff. de coactione ultim. voluntatis & latè explicant Craver. Paris. Decianus, Soto, Cardoso, Tusch, Mendez à Castro, Salvianus & alii multi, quos citat ac sequitur Barbofa axiomate 222. n. 4. Ergo & hæc maxime verba cum sint prolata à summa Regina hominum, & Angelorum. Confirmatur iterum, Christus nunquam in Evangelio quantum sapio, quantum capio, nunquam locutus est verbum improprium; ergo nec ejus sanctissima Mater.

Craverus. Parisil. Decianus. Soto. Cardoso. Tuschus. Barbofa. Mendez. Salvien.

45.

Joan. XXII. Alexand. V. Sixtus IV.

Tertio contra prædictam sententiam Romani Pontifices confirmantes, & approbantes Religionem Carmelitarum, cum substantia, ac statu Religioso, ac cum tribus votis, ac obedientia Priori Generali, ut Joann. XXII. Alexander V. Sixtus IV. & alii, quos citavi in hac Resolut. quest. 1. num. 1. Vel ignorant Auctorem hujus Religionis, vel agnoscunt vel ab hac re se abstinere, & nolunt judicium proferre, sed quidquid dicatur, in contrarium adurgit contra se argumentum, non potest dici, quod ignorent, quia Summus Pontifex in omnibus, quæ agit, ac disponit, magnam habet circumspicionem, & cognitionem, cap. 1. de constitutionibus, & omnia illa videntur & examinantur à sacra Congregatio-

ne Illustrissimorum Cardinalium, multis monumentis adhibitis, magno interposito examine adjunctis doctissimis viris. Et si aliquid in hac re non certo cognoscit, non affirmat sed se abstinere, & suspendit judicium; atqui Pontifices agentes, & approbantes Religionem Carmelitanam, cum substantia, & statu Religioso, non suspendunt judicium, sed affirmant habere successionem ab Elia, & Elifæo, eosque esse ejus Auctores, ergo dicunt eos esse ejus Auctores, ac institutores non solum quoad aliquas asperitates, sed etiam quoad substantiam Religionis, quam confirmant, & approbant. Confirmatur quia tota substantia Religionis consistit in votis; ergo qui instituit, & dat vota, est institutor talis Religionis. Atqui Romani Pontifices confirmantes, & approbantes nostram Religionem, solum assignant Eliam, & Elifæum, à quo habeamus successionem, nosrosque Auctores esse; ergo hi tantum sunt illius institutores. Probatur hæc consequentia, quia Pontifices, nec nominant Albertum, nec Aymericum, nec Joannem 44. sed tantum Eliam, & Elifæum; ergo hi non solum sunt Auctores quoad aliquas asperitates, sed etiam quoad statum Religiosum; de quo agunt, approbant & confirmant.

Quarto, quia ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 186. art. 6. ad 2. permanentia, ac consistentia status non potest perdurare, ac persistere nisi aliquo voti vinculo interveniente, & quia familia instituta ab Elia perduravit usque ad Christum Dominum, ut dixi superiori quest. num. 39. Ex Decreto sacre Congregationis; ergo consequens erat, ut esset ibi aliquod voti ligamen, quæ latius dicam infra Resolut. sequenti, dum ostendam in Elia, ac Elifæo vota.

46. D. Thom.

QUESTIO V.

Explicatur confirmatio Religionis Carmelitane.

SUMMARIUM.

- 47 Religio Carmelitana ex tacito consensu Apostolorum est confirmata.
48 Patriarcha antiquitus confirmabat, & approbabat Episcopos.
49 Patriarcha, & Episcopi sanctos Canonizabant.
50 Patriarcha, & Episcopi ante Concilium Lateranense Religionem approbant, & num. 51.
52 Quod maxime visitur in Religione Carmelitana, de qua re optime Trithemius.
53 Approbatio data à multis Romanis Pontificibus, dum dicunt Ordinem, Religionem Virg. de Monte Carmelo.
54 Approbatio ex Concilio Lateranensi.
55 Approbatio data ab Alexandro III. Innocentio III. Honorio III. cum magno miraculo.
56 Approbatio data à Concilio Lugdunensi, & num. 57.
58 In solido vera Lectio, non vero in solido, 59. & 60. Est

60 Et si admittatur in solido, nihil facit contra nos.

61 Proponitur Glossa.
62 Explicatur Glossa, n. 63.

47.

Religio Carmelitana multiplici confirmatione gaudet. Et primò potest dici approbata, & confirmata ex tacito usu, ac permissione Apostolorum; nam Carmelita fuerunt coexistentes cum Apostolis, ut ex sacra Congregatione, Joseph Antiocheno, ac multis aliis dixi supra quest. 1. num. 32. Ab ipsisque Apostolis fuerunt docti in doctrina, ac perfectione Evangelica, eique fuerunt coadjutores in prædicatione fidei Christi, eisque multum in hoc ministerio interfuerunt, & ait noster celebris Doctor Thomas Vvaldensis tom. 1. Doctrinalis fidei lib. 4. art. 2. c. 27. ex Josepho Antiocheno, ac Joanne Jerosolymitano. Nec dedigentur Clerici Moderni, monachos Religiosos, in Ecclesia Dei coadjutores habere, quos sancti Apostoli dedignari volebant, cum tamen presentes Clerici non sint suis Patribus præstantiores, nec sanctiores Apostolis. Ergo modus vivendi antiquorum Carmelitarum, cum essent coadjutores Apostolorum, saltem ex tacito; ac communi eorum consensu, ac permissione censendus est approbatus ab ipsis Apostolis, nam tacitus consensus Principis, videntis, & scientis dat approbationem actui, ut ex multis probat Sanchez lib. 8. de Matr. disp. 4. n. 26. Azor lib. 5. Instit. Moralium cap. 15. Diana part. 3. tract. 4. de sacram. Resolut. 68. Ad magis peculiaria descendamus.

Vvalden.

Sanchez. Azor. Diana.

Confirmatio ab Antiquissimis Patriarchis.

48. D. Isidor.

Patriarcha à nomine Græco, teste D. Isidoro lib. 7. Etymolog. cap. 7. idem est, ac Summus, & major Patrum eorum, auctoritas erat valde amplà, ut Patriarcha Alexandrinus haberet sub se plusquam ducentos Archiepiscopos, & Episcopos cum plenaria potestate, eos visitandi, reformandi, deponendi, ac confirmandi, ut patet ex Concilio Nicæno, cap. 4. quod postea servatum est ad Romanum Pontificem, ut notat cum multis Barbofa de potestate Episcopi tit. 1. cap. 1. 22. & deinceps.

Concil. Nic.

Barbofa.

49. Vvaldens. Castell. Layman. Baldellus.

Secundò Patriarchæ, ac Episcopi sanctos Canonizabant, ut notant N. Vvaldens. tom. 3. de sacram. tit. 14. cap. 122. Jacobus Castell. de Canonizat. quest. 3. art. 1. Layman, lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 1. Baldellus tom. 2. lib. 3. disp. 12. num. 25. Nec enim Antiqui sancti ut D. Athanasius, D. Nicolaus, D. Antonius, ab alio sunt canonizati, nisi ab Episcopis, ut notat Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Beatitudine sanctorum, cap. 8. Qui etiam ait, ni fallor Leo III. qui fuit electus anno 796. Primum sanctorum numero adscripsit sanctum Guibertum. Postea Innocentius III. sedit anno 1130. secundum canonizavit sanctum Hugonem Episcopum Gratianopolensem. Hoc autem totum faciebant Episcopi ex tacito consensu, ac approbatione Romani Pontificis, ut advertunt Agydus Lusitan. citans nostrum Vvaldens. & alios lib. 3. de concep. quest. 6. art. 1. §. 11.

Agydus. Vvaldens.

per totum. Granado som. deside. 7. disp. 7. sect. 3. Eusebius Nierembergii de institutione festi Conceptionis s. De variis formis Canonizationum. Nunc verò sanctos Canonizare, vel beatificare ad solam sedem Apostolicam pertinet, ut determinavit Alexander III. cap. Audivimus, & Innocentius III. cap. ex eo de reliquis, & veneratione sanctorum. Alex. III. Innoc. III.

Tertio; Patriarchæ, & Episcopi pro illo tempore antiquo ante Concilium Lateranense, confirmabant & approbant sacras Religionem quod patet ex Concilio Chalcedonensi sub Leone I. an. 444. vel ut alii volunt anno 474. sess. 15. c. 4. & ex Concilio Atheniensi, sub Symmacho Summo Pontifice anno 506. & refertur causa 14. quest. 2. cap. 13. ubi dicitur. Cellulas novas, aut Congregationes Monachorum absque Episcopi notitia prohibemus institui. Ubi Concilium prohibet, nova Monasteria, novaque Monachorum Congregationes fieri, ac institui, sine Episcopi notitia, ac facultate, ut ipse potestate, à Concilio commissa, ut illius legatus tales Congregationes novas valeat approbare confirmare, vel rejicere, ac probare.

50.

Conc. Chalced.

Conc. Agath.

51.

Abbas. Cardinalis. Joan. Andr. Hostiens. Rodrig. Azor. Miranda.

Et quod Patriarchæ, ac Episcopi pro illo tempore antiquo Religionem confirmabant, & approbant, conveniunt in hoc omnes Auctores: quos legit Abbas, Cardinalis Zambarella, Joannes Andreas, Hostiensis cap. unico de Religiosis hominibus, in 6. & in Extravaganti sancta Romana Ecclesia. Rodriguez, Azor, Miranda, Navarr. apud Barbofam in cap. Neminia de Religiosis hominibus Religionem enim antiqua, ut D. Antonii, D. Basilii D. Benedicti, D. Augustini, nullam aliam habuerunt confirmationem, nisi tantum ab Episcopo, ut notat Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Monach. c. 4. Lessius lib. 4. cap. 41. dnb. 1. n. 52. Menochius de arbitrariis, casu 421. num. 18. centuria. 5. & alii innumeri Auctores, qui omnes constanter tenent, & quod tunc approbatio dabatur ab Episcopo, non repugnante, sed sciente, ac consentiente Summo Pontifice, ac ratum habente.

Bellarmin. Lessius. Menoch.

52.

Joan. Jerosol.

Quod maxime apparet in nostra Religione Carmelitana, quæ confirmata, & approbata fuit per antiquos Patriarchas per Joannem Jerosolymitanum 44. anno Domini 441. ut patet ex libro de institutione Monachorum; & per Aymericum Patriarcham Antiochenum legatum Sedis Apostolicæ in terra sancta anno 1141. ut testatur D. Cyillus Constantinopolitanus lib. de processu Ordinis, & variis Regulis, c. 4. Et per Albertum Patriarcham Jerosolymitanum, anno 1209. vel ut Trithemius lib. de ortu, & laudibus Carmel. cap. 5. & ait: Quis Papa confirmavit veteres Ordines Pachomii, Basilii, Augustini, & Benedicti? Nusquam invenies hos Ordines litteris confirmatos à principio. Enim verò, quos sanctitas multorum approbat, quos longa vetustas confirmat, quis nisi mentis inops, & stolidus infringat? Si Ordines præfatos, sancta confirmat antiquitas. Ordo Carmelitarum Fratrum, qui antiquissimus est, nullius confirmatione opus habet. Longè enim præcessit Romanos Pontifices, qui ex Elia Propheta exordium sumpsit. Hæc dixerim, non quod Carmelitarum ordo Apostolicæ careat